

NVMMVS VOTIVVS
GREGORII XIII PONT. CUSUS FRANCI-
sco Sfrondatio contra Regem Gallia cum copijs
misso : Anno Christi

1591.



UM nova Henrico IV. Gallia & Navarra Regi auxilia ex Anglia pariter atque Gallia submitterentur: non vice versâ deferendum Maynium ceterosque Sanctæ Ligæ affectas censuit Gregorius XIII: Urbano VII. paulo ante nominatus successor. Primo itaque Itatorum Helvetiorumque millia sex: cataphractosequites mille quingentos in Galliam mittit: summum ijs Ducem præficiens Comitem Franciscum Sfrondatium, suum ex fratre nepotem: additis ei consiliarijs Marchione Cornia, Virginio Vrsino & Octavio Cæsio. Deinde vero Marcellum Landrianum ablegat bullis novis literisque monitorialibus instructum, quibus Principes & alios hortatur, ne Henrico Bôrbonio hæretico, & coronæ regni gestandæ inhabili atq; incapaci deinceps adhæreant, vel quoquo modo faveant. *Cernis ut in nummo Pontifex nepoti suo vexillum Ecclesiæ tradit: deq; re benè gerenda admonitum cum benedi-*

ctione prolixâ à se dimittit. Au-
thor.